





60

DISPV TATIO
AD
VATICINIVM JACOBI
GENES. XXXVIII, 1-27.

QVAM
PRAE SIDE
VIRO SVMME VENERANDO EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO
**GOTTLIEB ANASTASIO
FREYLINGHAVSEN**
THEOLOGIAE PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO
PAEDAGOGII REGII ET ORPHANOTROPHEI
DIRECTORE
PRAECEPTORE ET FAVTORE
MAXIME COLENDO
AD DIEM 17 APRILIS MDCCCLXXIII
PUBLICE DEFENDET
AVCTOR
GEORGIVS CHRISTIANVS KNAPP
HALENSIS.
bg.

HALAE
FORMIS IOANNIS HENRICI HESSIL.



§. I.



UT MOSES in suis rersim Judaicarum commentariis
hoc consilium fecutus est, ut non modo formam
reipublicae Judaicae describeret, sed defendere
etiam expugnationem Cananaeae, omniumque po-
pulorum, qui in illa habitauerant: ita omnia ex
vetere historia documenta conquiuit, quibus hoc, non arbitrio humano,
sed diuina auctoritate factum esse demonstraret. Ab antiquissimis inde
temporibus maiorum populi Israelitici historiam dederit, atque eas
res etiam, quae exigui possent momenti videri copiose explicat, si suo
consilio accommodatas esse intelligit. Quorsum illam de Canaano histo-
riam, (c. VIII.) quorsum diras Noachi parentis commemorasset? nisi
causas eorum, quae posteris Canaanii acciderunt, declarare voluisset.
Sed nihil facile illustrius illo loco reperias, vbi Abrahamo ingens poste-
rorum multitudo promittitur, c. XV, 9. seq. An sancti religiosius pot-
tuit foedus, quo illa promissio, de possidenda Cananaeorum terra con-
tineretur? quae non obscure significatur, sed ita declaratur aperte,
vt ipsi habitationum termini, ipsae gentes, quas debellatura esset im-
mensa posterum multitudo commemorentur. In hoc loco, tamquam

A 2

in

DISPV TATIO

in fundamento aliquo magna pars historiae Mosaicae nascitur. An facile lectori atento persuaseret Moses, quae de Jacobi profectio in Aegyptum, de habitatione filiorum eius in terra peregrina memoriae prodidit? an credibile esset, eos in Aegypto, per multos annos habitasse immenses Canaanitiae regionis, quae interea ab aliis populis obsidebatur? Haec certe suspicionem mouerent lectori; nunc, promissioni Abraham datae posteros ita inniti videmus, ut, et si impedimenta obiecta sentiant, tamen se non patiantur perturbari, nec unquam de euentu promissionis tam religiosae dubitent. Ac Moses, ne spes recuperandae Cananaeorum terrae interclusa videretur, morientis Jacobi vaticinium Historiae suae inferit cap. XXXXVIII, in quo sic dicit Jacobus, ut cum non autumare et optare appareat, sed futura ira cogitatione preecipit, ut tamquam de re praesenti loqui videatur, ut videat singulorum possessiones, prouentum terrae, fortunas, aliaque multa, quae euentu egregie sunt confirmata. Atque haec quasi confidentia vobis propria est, ut eam in omnibus omnium populorum vaticiniis animaduertas. Sibylla quidem Virgiliana, si hoc licet exemplo vti, vbi horrendas illas ambages canit, *bella, horrida bella* non dieit post longum tempus euentura, sed *videt*; *cernit* multo spumantem sanguine Tybrim. At hic noster vero percitus εὐθεστός non per ambages, sed plane, quae dicenda erant, profert; nec enim, si qua est in hoc carmine obscuritas, aliunde, quam a longinquitate temporum, dicendique diuersitate accessit. Antiquissimus mos omnium populorum fuit, ut res gestas maiorum, eorumque paeclare dicta carminibus comprehenderent, quae cum literis carerent, vel raro vterentur, memoriae mandare, atque in conuentibus ad virtutem pietatemque alendam recitare consueuerunt. His carminibus Ebraeos etiam vlos esse, Mosis commentarii docent, quibus huius generis poemata cum saepe, tam hoc in primis loco inserta repieres: de quibus vid. Illust. MICHAELIS ad LOWTHYM (Tom. I. p. 76. seq.) itemque de primis Geneseos capp. S. V. AVCTOR Epistolarum de scriptis Mosis eiusque philosophia Epistol. III. Quid autem Mosis consilio accommodatus fuit, quam quod impulsu diuino talia suis libris intexeret, non modo quod digna erant, quae conseruarentur, multaque in ipsis obscura illustrari ex historia poterant, verum etiam, quod illis monumentis magna his libris auctoritas et fides, cum apud Judaeos, tum apud omnem posteritatem conciliari potuit. Atque in eo Deus etiam fe

se hominum sensui mire accommodauit. Quis enim tales ferat scriptorem, qui vbiique historici persona induitus conspiciatur, nec eam ponat interdum, orationemque quasi luminibus quibusdam distinguat? Quid est autem quod magis historiae tenuitatem ornet, quam poemata, quam orationes, quas vbi legimus eandem percipimus voluptatem, qua perfunduntur ii, qui cum in scena diu unum eundemque spectarunt auctorem, nunc repente alios prodire vident, totamque scenam plane immutatam conspiciunt. Sed quis credit hoc ipso loco abusos esse eos, qui Mosaicis scriptis fidem abrogare tentauerint? Quid enim? inquiunt, potuisse haec Moses eo consilio fingere, ut molestis Israelitarum controuersiis de singulis possessionibus supersederet? quid? si ipse Moses non sit auctor, sed Esdras, sed sacerdos, religiosus ille quidem, sed fraudulentus? Jam hic nihil dicemus, quam iniquum sit, in tanto multorum saeculorum consensu pugnare miseriis ratiunculis, ex eo ductis, quod ita accidere potuisset, nec auctoritates et testimonia, quibus id confirmetur, proferre. Etenim quid est tandem in historia philosophari, quid est sua ei commenta inferre, si hoc non est! Rationes ex ipsa Israelitarum historia petitas, qui legere cupiunt, adeant cum AVCTOREM Epistolarum de scriptis Mosaicis supra laudatum, tum Ven. TELLERI prolegom. versioni huius loci germanicae praemissa. —

Sed faris de his; pauca de hac disputatione dicemus. Cum me R. PARENTS aliisque ad studium sacrarum scripturarum magnopere horarentur, eaque institutione vterer, quae hunc fontem vnicce commendet, e quo omnis Theologia duci deberet: ita me tenuit Ebraearum Graecarumque literarum studium, ut in eo multum temporis consumarem, atque ingenium assiduo optimorum interpretum vsu acuere, et quasi eorum colore inficere tentarem. Nunc in hunc nobilissimum locum probante S. VEN. PRAESIDE ita commentatus sum, ut cum veterum recentiorum scriptorum subsidia adhiberem: in quo, si quis miretur, quod nec omnes sententias omnium, nec varietates lectionis e versi. veterum vbiique commemoratas videat, is non bibliothecam nos, sed disputationculam, quae angustis continet finibus, scripsisse memorinerit. Pluribus adminiculis libenter vsus essem, in primis ROBERTSONII Clave in Pentateuchum, si mihi haec scribent illorum apud nos copia fuisset.

§. II.

Jacobus postquam Manassem et Ephraimum Josephi filios sibi quasi adoptauerat (c. XXXXVIII.), nunc filios suos conuocari iubet, c. XXXXVIII, 1. et, quae cum illis ipsis essent, tum eorum posteritati euentura exponit. Nam in illis verbis v. 1., vbi de *temporibus extremis* loquitur, facile Ebraicus intelligitur, qui in multis locis, etiam N. Test. obtinet, vbi ἔχεται ἡμέρας commemoratur, vt vel de longo tempore intelligi, vel simpliciter per posthaec verri debeat. coll. I Tim. III, 1. Neque tamen cum Jacobus dicit: אָרֶבֶת יְמִין, illud est proprie intelligendum, sed patet latius, vt חַדְשָׁנָה ad omnem filiorum posteritatem pertineat. Atque חַדְשָׁנָה de omnibus dicitur, quaecumque vel laeta nobis, vel adversa accidunt, nec hic omnia sunt prospera, quae posteris Jacobus praedicit. Initium ipsis poematis est v. 2, vbi conuocat iterum filios, ad ea quae dicturus esset, audienda: (coll. III, 23.) vaticinia autem ad singulos pertinentia, inde a v. 3. sequuntur, quae promulgavit, impositis, vt opinor, vnicuique manibus, quem ritus etiam hic obseruatū esse, e cap. XXXXVIII. probabiliter colligas. Ac primum ad RUBENVM dieit v. 3: tu Ruben primus es virium mearum prouentus, tu maior natu, tu dignitate, tu viribus reliquis praefas fratribus! Crebrae huic loco insunt repetitiones, more Ebraeorum, qui, in carminibus, quae paucis dici poterant, multis solent verbis explicare. Vbi dignitatem Rubeni, quam ei tribuerant natales extollit, sunt qui de triplici dignitatis genere cum Judaicis interpretibus cogitear, de iure natalium, dignitate regia, et facerdotio. Jam etsi ista his ipsis verbis non videantur contineri, tamen ex illa opinione versio Vulgata (prior, in donis, maior in imperio) quam, vt soler, fecutus est LUTHERVS, in extrema huius versus parte, potest explicari. Cum autem Rubenum vim suam appellat, idem dicit, quod in aliis locis per בָּכֹר primus natu solet significari. Nam בָּכֹר non modo eam notat conditionem, cum quis opibus omniumque rerum affluentibus copiis instruetus est, sed etiam iuuentum, corporis animique dotes, quibus aliquis ceteris praefat. Vnde is filius, qui maior natu est hic בָּכֹר dicitur, quia adhuc robustus erat, cum gigneret eum, nec senio confectus pater; viessim, qui patre iam sene suscepimus est בָּכֹר זָקֵן appellatur cap. XXXXIII, 20. Porro haec uberior explicantur, cum hunc primum vi-

virium suarum prouentum esse dicit. Ita enim verto אוֹנוֹ רָאשִׁית אָנוֹן, quamquam Aquila, Symmachus et Vulgatus interpres ausi sunt vertere: *principium* (h. e. auctor) doloris mei: in quo illi alios locos, vbi נְנֵה hoc modo adhibetur, e. c. cap. XXXV, 18. securi sunt. Jam, cum v. 4. causas huius tristitiae, qua se sentiat affectum, exponat, non omni specie haec interpretatio caret; es si, vt illam alteram magis probem, cum series orationis facit, quae declarat, in quo sita sit Rubeni dignitas, tum locus huic plane similis, qui est Deut. XXI, 17. vbi, qui primo membro בְּכָר appellatur, extremo versu dicitur *refelith ono*, vnde Alexandrinus interpres in vitroque loco per ἀρχὴν τέκνων eleganter transtulit. Pergit in praedicanda Rubeni excellentia, tu dignitate, inquit, tu viribus praefas! Satis constat רַבָּה de abundantia dici in viramque partem; in malam, vt Pf. XXXI, 24. (at hic male Alexandrinus συληγεῖς, melius Aquila μεγίστος,) atque in bonam, vt notum est omnibus, et ipso hoc loco confirmatur. Etenim נְנֵה שׁ non habet hic vim infinitiu a. v. נְנֵה (per Chaldaismum scripti pro נְנֵה, vt cap. XXXXIII, 1.) vt Alexandrini, adstipulante BOYSENIO V. Ven. (kritische Erleuterungen des A. Test. ad h. l.) ceperunt, qui per φέρεται vertunt, quod vix tolerabilem sensum admittit, sed nomen est (certe hic infinit. verbi נְנֵה formam nominis induit) quod excellentiae et dignitatis notionem habet, vt Job. XIII, 11. Qui superiora de Jacobi tristitia acceperunt, cuius auctor esset Rubenus, hi וְ extremo versu de insolentia et audacia intelligunt, vt fecerunt וְ וְ, qui אֲוֹתָדָן interpretantur. Sed si ibidem nostram sequaris interpretationem, וְ, vel de potentia et robore, vel de laude et gloria (quam significationem in carmine habet frequenter e. c. Pf. VIII, 3. Plane vt ρεάρος apud Petrum Epist. I, cap. III, 11. V, 11.), accipias necesse est. Huius tantae dignitatis fructum, Rubenum perceptum esse negat v. 4. in quo ira parentis iustissima, vel ex impetu, quo tota fertur oratio, personarumque mutatione cognoscitur. Ad reliquos, qui aderant, tamquam testes nefarii facinoris, stupri Bilhae illati, cuius historia est cap. XXXV, 22. prouocat. *Hic*, inquit, *infans homo, rapaci fluui, quem nemo retineat, similis est.* *Tunc excellas?* *tu, qui parentis torum ascendisti, tu, qui profanasti eum!* *Ita est!* *fratum meum confundit.* Nos in his explicandis, auctoritatem Alexandrinae versionis, quam aliorum interpretum, (e. c. JVNII ad h. l. et GLASSII Phil. sacr.

p. 1216.



p. 1216. Edit. Budd.) sequi malumus. Apud Syros et Chaldaeos וְנִזְנָת notat insolentem esse, subtilire, ut docuit VITRINGA (obiss. sacr. Lib. I. p. 168.); unde Alexandrinus per έξυβεγέν transtulit, quod apud Graecos haud raro de fluvio extra alueos erumpente, usurpatum: quod, quis non videt, quam sit וְנִזְנָת, quod sequitur, accommodatum? Etenim ut flumini repente exundanti, omniaque obvia prosterenti resistere nemo potest, sic etiam Rubeni infania tanta est, ut a nemine possit coereri. Ceterum videndum est, an non melius cohaerant omnia, si verba וְנִזְנָת cum fine v. 3. coniungas; hoc sensu: atque excellens ipsius gloria ut aqua euaneat! quod placuit CL. VENEMAE et ROBERTSONIO: quamuis veterque nimis argute et contorte interpretatus est, stratum meum polluisti, simul euaneat scil. excellentia tua, auctore Ven. ERNESTIO (Biblioth. Theolog. nouiss. Vol. I. p. 392.) Non excelles, pergit Jacobus, prae reliquis tuis fratribus, ut debebas, tamquam natu maximus. Sic Moses in loco simili Deut. XXXIII, 6. fausta quaevis, inquit, Rubeno appreco, sed numerus posteriorum valde erit exiguis. coll. 1 Paralip. VI, 1. 2. Rationem reddit in his verbis: *rorum patris ascendisti*, quibus res auribus ingrata molioribus verbis effertur, ut in illo Virgiliano: *hic thalamum inuasit natae veritosque Hymenacos* (Aen. VI. 623.). Post זֶה חֲלֹתָה omissum est e superioribus facile supplendum. Vides quam breuiter et abrupte dicat, ut facile ira concitatum loqui intelligas. לְחַלָּת, quod hic bene per μούσιον verterunt LXX, de contaminazione per incestum saepissime dici, quis ignorat? Ceterum, esti cum Jacobus ait: *inceustum thalamo meo intulit צְוָעֵשׂ עַלְהָ*), haec repetitio non placeat III. MICHAELIS, sitque talis, ut aures offendere possit; nolim tamen lectionem mutare, cum qui ira commoti sunt, saepe ita soleant breuiter, quae ante dixerant. repetere, atque illa ipsa personarum mutatio a secunda ad tertiam, animum concitatum manifeste arguat. Quamquam Alexandrinus legisse עַלְהָ videtur (כְּאַבְּגָן) ut oratio cum membro primo conueniret; Vulgatus autem עַלְהָ plane omisit, veritique STRATVM EIUS.

§. III.

In v. 5, quo prima pars vaticinii ad SIMEONEM et LEVI pertinentis continetur, magna inest difficultas, eamque iam veteres, ut patet ex

ex eorum versionibus, videntur animaduertisse. **SIMEON** et **LEVI** sunt fratres voluntate consentientes (hanc vim h. l. **וְיַחֲזִקֵּת** habere, dudum recte monuit **IVNIVS.**) gladiis suis ad crudelissimam caudem (**סָחַט**) perficiendam abusi sunt. Cum hic ipse locus, tum v. 5. 6. nos non sinunt dubitare, quin Jacobus caudem Sichemitarum, cap. XXXIII. narratam, propter illum Dinae stuprum, respexerit. At nihil hic magis torsit interpretes, quam postremum in hoc verfu vocabulum, de quo vellem me aliquid certi dicere posse, nunc, cum nihil habeam, non puder fateri, animo me fluctuare. Primum enim, cum ignoremus unde descendat **מִכְרָה**, dubium est, pertineatne illad **בָּ** ad ipsam radicem, nec ne? Vnde, qui non pertinere dicunt, plerumque a **כָּרָה** deducunt, supplant in initio vocis **בָּ**, vertuntque **פָּאָתָם**, conuenitum. Si hoc placeat, possis **כָּל** per homines reddere, ex Ebraismo, plane vt **σκεῦος** apud Paullum e. c. **σκεῦος ἔργην** Rom. VIII, 22. add. Aector. VIII, 15. Tum vertendum est: **Simcon et Levi sunt homines**, quibus nulla potest in **פָּאָתָם** fides haberi, cum ea violenter perfringant. Alii dicunt a **כָּרָה** descendere, quod cum **fodere**, **perfringere** significet, sit, vt non contemnenda videatur eorum interpretum sententia, qui de gladio intelligunt, quod cum facilem sensum fundat, atque historiae sit accommodatum, plurimi post **GROTIUM** (qui cum Graecorum **μάχαιρας** comparauit), quibuscum facit h. l. Ven. **TELLERVIS**, amplexi sunt. Sed in tanta caligine, praestetne eos sequi duces, qui huic loco ex Arabia dialecto lucem accendere tentauerunt. At fecit id Ven. **BOYSENIVS** qui **מִכְרָה** Arab. **אָשָׁתָה** **excogitare consilia**, **decipere** significare obseruat. Quid ergo dubitemus in hac interpretatione hoc tempore acquiescere, maxime cum LXX. per **ἔξυπτον** vertant, et **מִכְרָה** eodem sensu cap. XXXI, 15. iudice **BOYSENIO**, reperiatur. Sed si quis sit admiratus cur versionum reliquarum auctoritatem non consulamus, sciat is, tantum esse etiam apud veteres diffensum, vt, eos verum sensum ignorasse appearat. Nec caret hic locus omni lectionis varietate. Nam pro **כָּל**, quod est in libris nostris, codex Ebraeo Samaritanus habet **כָּל** **perficerunt**, quicum praeter Alexandrinum, qui vertit **συνετέλεσσεν**, plurimi ex numero veterum consentiunt. Atque facile potuit in **כָּל** abire, linea illa, quae in **י** producitur, vel plane deleta, vel nimis tenuiter scripta, vt aciem librariorum fugeret, quamuis recepta etiam satis antiqua est, vt

DISPVTA TIO

difficile sit ad iudicandum, quaenam tandem lectio, alteri praestet, et si, vt ingenue fatear, animus magis in illam codicis Samaritani inclinet. Sequitur altera pars dirarum v. 6. 7. *Equidem callida ipsorum confilia numquam probauit, nec in eorum societatem descendit, cum tanta esset illorum tracundia, ut viros (שׁוֹנֵי Sichemitas respicere et collective sumi, quis non videt?) occiderent.* Jam ad h. l. vix attinet de membrorum conuenientia monere, qua efficitur, vt סְרִתְמָה קָהָל נְפָשָׁה et itemque כָּבָד sibi in vitroque membro respondeant: illis quidem verbis societas et machinations ad alieuius perniciem pertinentes indicantur, his autem ita vitur vates, vt simpliciter pro EGO, more orientali, adhibeat. Quod autem כָּבָד saepe pro usurpant Ebraei, id illustrari ex Arabum vsu loquendi potest, qui de corde et animo, CABDON solent ponere. Alexandrini interpres hic satis manifestus error est, qui pro חַדְרָה legit, vnde nata est versio illa: μὴ ἐγίσαι τὸ ἡπατά με (ex Ebraeor. כָּבָד icur): sic v. 14. pro כָּבָד legit חַדְרָה (ἐπεθύμουσ), ad quem locum vid. GROTIUS. Hanc varietatem etiam HIERONYMVS notauit Quaeſt. in Genef. Opp. T. II. p. 545. (Ed. Benedictin.) Sed quod SIMONI non placet (Lex. p. 397.) quod רַחֲדָה pro tertia pers. fem. habeant interpres, ac mauli pro seunda masculini habere, cum כָּבָד sit masc. generis; id quidem eiusmodi est, vt facile possit refutari ab eo, qui verba et nomina genere haud raro discrepare GLASSIVM (Phil. S. p. 910.) exemplis docuisse meminerit. Porro tantam eorum iram, tantam cupiditatem fuisse dicit, vt bubus neruos incidissent (cf. Jos. XI, 9.). Nam ita intelligunt vulgo has voces, qui lectionem receptam, quam etiam expressit Alex. (ἴενοντας ταῦτα) sequuntur, et si alii, qui cum Vulgato, Syro, Arabe, Jonathano, Onkeloso et uet. Schol. ad h. l. מְרֻחָה legunt, murum subuerterunt transferant. Me quidem, quo minus eorum auctoritatem sequar, qui de muro proprio acceperunt, ille ipse locus impedit c. XXXIII. quem hic respexit Jacobus, vbi nihil de clauso ad vrbe Sichem aditu, nihil de violenta oppugnatione dictum reperies: quin potius, nemine impediente, securis Sichemitis intrarunt. Quid ergo causae est, cur eos murum subvertisse dicas? Quare si מְרֻחָה legere velis, possis de expugnatione totius vrbis accipere, vt murus sit pro tota vrbe positus. Sed nec popularis lectio omni specie caret. Nam ibidem v. 28. ouium & boum greges, quos abduxerint, commemorantur. Quid ergo? an iis neruos

im-



AD VATICINIVM JACOBI GENES. XXXXVIII, 1—27. 11

inciderunt? Fateor de eo nihil dici. Nec difficultas minuitur, si scias, quod iam BOYSENIVS notauit, רְקֵב apud Arabes simpliciter *occidere* significare. Nisi forte, quos abduxerant boues, in via occiderunt: quod haud scio an facere potuerint propter ea, quod eos hostiliter abreptos, deducere domum ad parentem timerent. Evidem neutra harum interpretationum ita delector, vt eam, certiora edoctus, cupide defendere audeam, nec quemquam fore existimo, cui non placeat HOVBIGANTIA coniectura, qui pro וְ legit וְ principem, intelligitque Hemorium Schemi patrem (c. XXXIII, 26.) ; vt paene indigner, quod haec lectio cum Codicium, tum veterum versionum auctoritate destituatur. Propter hanc vim igitur Schemitiis illatas, malis eos omnibus prosequitur v. 7., vbi eorum *iram*, ait, pertinacem esse וְ (sic Prou. XXI, 14. *muneribus ira inexorabilis חַמָּה שָׁחֶד mitigatur) cui voci membro altero חַמָּה respondet. Quam ob rem eorum posteros in reliquis Israelitearum possessionibus dispersos habitatores esse praedicit. Quo modo ergo et quando hoc accidit? LEVITAS quidem constat non certam possessionem sed XXXXVIII. urbes, in reliquis tribubus dispersas, nactos esse. Nec SIMEONITIS definita fuit possessio, sed plurimi in territoriis Judae habitarunt (Jof. XVIII.), quoniam eorum, cum in Palaestinam venirent, mira erat paucitas; quamvis crescente ciuium numero, multi, locorum angustiis coacti, in Arabiam domicilia transtulerint. Vid. Paralip. III, 38-43.*

§. III.

Sequitur vaticinium ad IUDAM eiusque posteritatem pertinens v. 8-12. Ac primum v. 8. *tibi, o Iuda!* inquit, *reliqui fratres eorumque posteri* (nam eam vim h. l. habet בְּנֵי אַחֲרֵיכֶם) *suum honorem tribuent*: hoc enim per וְרֹא, in quo simul hic later paronomasia, s. παρένθησις ad nom. מִתְּרוֹא (vid. v. 16. 20. cet.), significatur. Jam, ea quae sequuntur, Jacobum de bellica in primis fortitudine loqui docent, qua Judae posteritas efficit, vt semper in bello princeps haberetur. *Etenim tu hostes in fugam conuersos, fortiter persuequeris!* haec volunt, quae adiungit, „manus tuae hostium tuorum cernicibus imminebunt.“ Exod. XXIII, 27. Ps. XVIII, 41. Nunc, quae initio versus dixerat, mutatis verbis reperit: te fratres tui (בְּנֵי אַבְּךָ) ob res a te praeclare gestas colent, tibi principatum concedent. Quae hic propriis verbis exposuit, ea, v. 9. more

Ebraeorum imaginibus inuoluit. *Leoni iuueni similis, mi fili ! praeda saginatus es* (לִיהְיוֹן) : h. e. ad tantam dignitatem atque potentiam per cerebra bella, spoliis hosti detractis, ditatus, peruenissi. cf. Deut. XXXIII, 20. Nec insolita est virorum forium cum leonibus, iuuenibus in primis (quibus nihil est ferocius) comparatio. Est in leone aliquid, quod magni animi speciem habeat, cum nec apertam vim timeat, nec insidias vilas, sed hostem aggrediatur impavidus. Vnde nec ὁμερός Sarpedona cum leone comparare dubitauit Iliad. μ'. 299-306. cum quo loco Es. XXXI, 4. contulisse non poenitebit. *Cubat humi projectus sicut leo, quis eum suscitare audeat?* Eo, quod in his verbis translatum est, detracto, hic erit sensus: Juda bellis et victoriis, quas deportauit, satiarus, neminem irritabit, at nemo qui eum lacessere audeat inuenietur, propter ea quod iniurias a Juda non aequo animo ferri, sed foriter propulsari omnes sciunt: plane ut in vaticinio Balaami Num. XXIII, 9. „inclinavit se, recubuit ut leo atque ut leaena; quis est, qui eum audeat excitare? „ Ac ne quis miretur, quod hic Juda modo cum leone, modo cum leaena (nam *כלביא* est leaena non leo vetus, ut dudum BOCHARTVS docuit Hieroz. Part. I. 715.) comparetur; notandum est, hac comparatione nihil nisi summam ferociam indicari, quae in leaena, maxime cum catulos ducit, multo quam in leone saeuior reperitur, eademque translationum permutatio in illo Balaami oraculo obvia est.

§. V.

Nunc ad v. 10. progrediamur, ad quem illustrandum cūm multa certatim attulerint doctissimi viri, paucis defungi licebit. Haud exigua lesionis diuersitas in voce שַׁלֵּשׁ cernitur. Nihil hic de versione Vulgata dicemus, quae חֲלָשׁ legit (qui mittendus est), in quo HIERONYMVS contra communem totius antiquitatis consensum, suae indulxit conjecturae, ut alia, dudum a GLASSIO monita (Phil. S. p. 72. seqq.), taceam. Multo magis nobilitata est ea, quam Alexandrinus, Onkelos aliquique fecuti sunt, qui חֲלָשׁ s. שַׁלֵּשׁ (cui debetur scil. imperium) legerunt, vbi parum refert, vtrum apud Alexandrinum scribas ἡ ἀπόκειται, an τὸ ἀποκείεται αὐτῷ, quamuis posterior lectio verior videatur: sed vtramque tamen ex eodem fonte manasse appetet. Summa omnino veterum interpretum in hac voce explicanda dissensio, magno deber argumento esse,

esse, eos receptam quidem *literarum* lectionem habuisse, sed cum sensum non assequerentur, in varias conjecturas de vocalium scriptura incidisse. Cui accedit quod versio Samaritana **שִׁילָה** in ipso textu retinet, vt solet in vexatis locis, nisi quod , omissum est. Quid ergo? licet in loco tam obscuro, in recepta punctatione acquiescere, ac per *tranquillatorem*, *salutis auctorem* (*σωτῆρα*), ductis a **שְׁלֹחַ** originibus, transferre? Licit vero, iudice MOSCHIO et ERNESTIO VV. VV. cuius vid. Biblioth. Theolog. nouiss. Vol. II. p. 21. 784. Quod si quis cum SIMONE et CLERICO, id propter, quod est in medio, inuita formarum *ձաւովով* fieri putet, ei vel forma verborum **Կրմօշ** et **կիշօր** satisfaciat. Ceterum error est, vt arbitror, quod Samaritanus interpres pro **Դցլու** haben **Դցլու** non recedet a vexillis, seu ordinibus eius; sed sensu non malo. Jam in illa dictione, *non recedet sceptrum*; ipsum **שְׁבָט** imperium est, ipsa potestas principis, quod vel similis locus Zachariae declarat X, 11. Assyria superbia mitigabitur et *Aegypti* *sceptrum* i. imperium abolebitur. Hinc LXX. praecclare *ἄξον*, et Symmachus *էջութեա*. Non deerunt ergo in tribu Juda, qui tale imperium exerceant. His alterum membrum accommodate est explicandum, ita quidem vt **թ** notetur is, qui potestatem et ius scribendarum legum habeat, rex s. imperator (nam **քառ** et cetera verba *secundi* etiam notionem *dernendi* habere, bene monuit SIMONIS Arcan. Formar. 37. et alibi.) vnde Alexandrinus *πύρευες*, et Ps. LX, 9. *թատլես* opportune transtulit. Hunc principem dicit esse **մենը թ լու** scil. Judae: quam *զուս* qui superiori membro velit conuenienter explicare, vertat necesse est, *numquam illis* (Judae posteris) *imperator* deerit. Quomodo hoc dicitur? Nempe **թ**, **թղլ**, **բնութեա** ei similia his vocabula, saepe ita apud Ebraeos adhibentur, vt non singulas hominis partes, sed totum hominem significant, qui vsus loquendi e Gracis versionibus in N. Test. etiam translatus est vid. Act. V, 9. Rom. X, 15. Quid? quod ea dicendi ratio in ipsam Graeciam abiit, vt *ἐν τῷ πνῷ* eodem sensu sit apud Platonem, Xenophontem aliasque scriptores, obseruante ERNESTIO Viro summo (Opusc. Philol. crit. p. 171. 173.). Quare *niben raglav* est pro **մեն** *ex eo* scil. *Juda*, eiusque posteritate. Huic loco plane similis est in Jeremiae oraculis XXX, 21.: *Princeps eius ex ipso* (**մեն**) *et imperator ex medio eius prodibit.* Vbi quis in **մերկու** vim ali-

quam quaerat, aut de vtero cogitet? Hi magistratus non deerunt, donec venerit SCHILO (אֵוָס אֶכְיָה אֶלְעָזָר): nam בּוֹנָם hic per futuro praeteritum transferendum est, quae ratio locum habet, ubique futurum Ebraeorum cum נָשָׁר בּוֹנָם construitur. At hic exigit quaestio: sine SCHILO Messias, nec ne? MICHAELIS quidem V. Cel. se dubitare profitetur: quamuis ea, quae ipsi hic tribuuntur, vix videantur in alium cadere posse, nec vlla interpretatio minores habeat difficultates. Quid autem quaeso absurdum est in eo, si hic Messiam ex Judae posteritate oriundum commemorari statuas, cum dignitatem Judae prae reliquis fratribus, eiusque causas declarare vellet vates? Quid hoc uno grauius poterat et dignius commemorari? Huic igitur gentes obedientiam praefabant. Etenim נָשָׁר nec hoc loco potest, nec Proverbior. XXX, 17. aliter explicari, nec ab Alexandrino προσδοκεῖ bene vertitur. Apud Arabes quidem נָשָׁר est iussi parere, obedire, vt Messias tamquam rex describatur: quae interpretatio, quis non videt, quam sit huic orationi conueniens? Ceterum de hoc vaticinio praeter JAC. SAVRINIVM (Betracht. über die wichtigst. Begeb. des A. und N. T. Vol. I. p. 543-591. vers. Germ.) diligentius scripsit nuper admodum Ven. MOSCHIVS (Bibel Freund Vol. III. p. 33. seqq.). Primum negari non potest, iam Mosis aetate, et paullo post tribum Juda in magna auctoritate fuisse; vt collatio locorum Num. II, 9. Judic. I, 1-19. satis docet: deinde sumnum splendorem nausta est rum, cum Davidi ex hac tribu orto imperium committeretur, quam dignitatem (quamvis non sine variis rerum conuersationibus) ita conseruauit, vt tota gens post Babyloniam captiuitatem a Juda nomen acciperet. Ac Christi aetate, et si Herodes Magnus, non erat ex Judae posteris natus, tamen ipsius regnum tribus Juda posseidebat, sic, vt ipse, rex Judaeorum appellaretur. Quod exemplo regum Europaeorum eleganter illustravit Cel. MICHAELIS (in notis ad vers. huius loci Germ. p. 195.). Nam quemadmodum Russis et Britannis seipsum tribui atque imperium potest, et eorum principes Germano sint sanguine nati: sic Juda etiam habuit imperium, quamquam, qui eius princeps erat, non fuit ex tribu Juda oriundus. Sed interuenit Christus, Judaeorum, sensu sublimiori, rex vocatus, post cuius aduentum omnis regia dignitas inter Judaeos cessauit.

§. VI.

Deinceps (versu 11. 12.) copiam & abundantiam varij generis frumentorum adeo pulchra descriptione adumbrat, vt ea vix elegantiores, apud eos poetas, qui de pastorititia vita scripsierunt, reperias. Neque enim contortam eorum interpretationem probo, qui hunc versum cum decimo ita coniungunt, vt Jacobum hic de Christo loqui fingant, quod qui faciunt, in quantas quaeso se difficultates induunt? Vid. THEODORI Quaest. in Genesin, T. I. p. 115. 116. Ed. Ven. SCHVLZI. Malumus GROTIUM et optimum quemque interpretum sequi, qui hoc loco descriptionem fertilitatis terrae in tribu Juda, coniuneri statuunt. Nempe ita vinum vilescere docet, vt viator non dubiter *asnum sicum ad vitem alligare*. Jam quis nescit quam ferax vitium terra ad ripas Eyscoli lauderur Num. XIII, 24.: quanta amoenitas vinearum ad Engedi fuerit, vel e suauissima Salomonis descriptione Cantic. I, 14. intelligas. Sed quid multa? Hanc terram etiamnum, iam per multa saecula Muhammadanorum (qui vino abstinent) ditioni subiectam, tantum vini prouentum efferre nouimus, vt magna vis vuarum passarum quotannis in Aegyptum per camelos deportetur. Eam vini praestantiam declarat etiam שְׁרֵךְ, qua voce vitium genus notatur, quod fert vuas in primis generofas, quae, si veteribus credas, sine vinaceis nascuntur, quales etiam PLINIO ET COLV MELLAE commemorantur. Jam cum שְׁרֵךְ proprium colorem caeruleum, vt Arabum شَرْكَ signifies, vites caerulearum vuarum intelligi, colligunt. At Vulgatus illud בְּנֵי non cum אַתָּה connectit, vt cum superiori membro congruat, sed cum non animaduerteret Jod redundare, ridicule vertit o filii mi! Etenim hunc versum procul dubio ita cum superiori coniunxit, vt Jacobum hic de Messia ad filium suum loqui statueret. Versio Samaritana translatis ligati sunt ad palmitem filii fortitudinis eius: nempe legit אַתָּה ab שְׁרֵךְ fortitudo, vt e Codice Ebraeo-Samar. appareret. Vid. CELLARIUS in hor. Samaritan. ad h. l. Erit autem tanta vini abundantia et vilitas, vt sanguine vuarum sua lanatus sit vestimenta. Qui in sanguine eam hic vim quaerunt, vt rubri coloris vinum indicari existimat, illi ferrules in poetarum lectione profitentur, quibus frequens tropus est, vt succum plantarum sanguinem vocent. Nec alio sensu ABBERITES, de quo est apud PLINIVM (H. N. XIII, 5.), vinum sanguinem terrae

ap-

appellauit. *Lauare vino vestimenta*, quid sibi velit, facile intelligent ii, qui tali translatione copiam alicuius rei apud poetas indicari nouerint: vt apud CALLIMACHVM Hymn. in Delum (v.95.) Apollo, te adfē-
quar, inquit, εἴρητι λέγων τόξον ἐψέν. Atque הַתְּ, extremo versu, a
כָּסֵה texit falso deducitur, cum inusitata sit literae ד talis abiectio, sed coll.
rad. Arab. originem debet inusit. יִרְסָה pannum colorauit (ad formam תְּ pro
תְּתָנָה), vnde hic piſtam notat chlamydem. Sequitur v. 12.: *A vino*
largiter haſto (יְמִינָה) *oculi rubent*; quorun verborum non haec
sententia est, quasi erupulis se Juda ingurgitasset, sed *copiam vini*, more
poetarum, describit. Etenim חַכְלֵלִי oculorum ruborem indicare
SCHVLTENSIVS ad Prou. XXIII, 29. docuit. Quid? si עַיִן־ שׁ de genis vel toro vultu accipias, vt sensus sit: genae rubent et calent
quasi vino? Certe, eos errare arbitror, qui cum auctore veteris Schol. ad h. l., et SCHVLTENSIO de oculis fulgentibus et truculentis cogitant. Altera huius commissate praestantia et bonitas pascuorum describitur: *dentes eius laete albefunt*. Juda erit
pecoris niuei lactisque ita abundans, vt quia lac saepe bibt,
dentes, eius colore tingi poerae videantur. Praeclare! Et erant sa-
ne in Judae possessionibus pascua laetissima, maxime in illis Arabiae
regionibus, quas Judae posteritas tenuit. Vid. I Samuel. XXV,
2. seqq.

At SEBVLONIS posteri regionem mari vicinam possidebant (v. 13.), cuius opportunitate ad mercaturam vrebantur, (vid. Deuteron. XXXIII, 18.) in primis cum tribum Aseritanam attingeret, ad quam pertinebat SIDON, vrbs Phoeniciae, mercatura nobilis. Hinc Ja-
cokus, Sebulon, inquit, regionem ad litus maris inhabitabit (Alexan-
drinus interpres bene παράδοσις, חַזְקָה litus ab Arabico חַפְּךָ
abluere notante SCHVLTENSIO) portumque habebit nauibus aptum: hoc
est, litora terrae Sebuloniticae semper nauibus erunt, mercibus onu-
stis, praetexta, quia aptam ad illa stationem animaduertunt. (cf. Deu-
teron. XXXIII, 18.) Eleganter conuerit Alexandrinus ἔργον πλεύειν
et Vulgatus stationem nauium. -- Eiusque latus ad Sidonem spectat. Si
quis accuratius rationes subducat, non vergit proprie ad Sidonem
Sebulonitica possessio, sed interiecta est terra Aseritana. Quare haec
de-

descriptio in hoc poemate paullo latius patere, nihilque nisi partem Palaestinae septentrionalem videretur significare. Pulcram in his verbis περιπονοῖαν, elegantissimis versibus, quos infra scripsi-
mus *), expressit MICHAELIS poeta suauissimus.

§. VII.

ISASCHARVS V. 14. cum asino comparatur, quae imago nobis quidem ignobilis videretur, veteribus non item: vnde iniquos esse appetat, qui HOMERV M, quod *Aiacem* cum asino compararit (Il. X. 557.), reprehenderunt. Vocatur autem *asinus offus* s. *offus* h. e. fortis, ad onera portanda idoneus. Nec ille filiestris asinus, libertatis imago (cf. c. XVI, 12.), significatur, sed hic eicur atque tardus, qui etsi satis robustis sit ossibus, tamen quietere, quam onera ferre malit. Venit nuper in mente viro cuidam docto pro שָׁבֵת substituere שְׁבִירָא asinus peregrinorum, quae coniectura quainquam satis ingeniosa, tamen h. l. parum necessaria est. Atque ipso historiae silentio confirmantur, quae hic de Isascharitis dicit, quorum nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factum domi militiaeque exrat. *Cubabit* quasi, inter מִשְׁפָרִתּוֹ, quod etsi vulgaris interpretatio vel de duabus asino impositis sarcinis, vel cum Vulgato de terminis capit: tamen si Ill. MICHAELIS sequaris, vertendum est, *inter canales*, qui hanc, cum huius, tum similiis vocabuli (*שְׁבָחִים*) potestatem demonstravit in Epimetro ad Lowth. p. 562. seqq.: cui interpretationi fauet locus in Deboreae cantico Judic. V, 16., vbi segnes in pugna obiurgantur, quod inter canales ad balatus gregum auscultent. add. Ps. LXVIII, 14. Quis hic non videt otii pastoralis descriptionem, similem Virgilianas Eclog. I, 52. seqq.? cui fortasse indulserunt Isascharitae, adeoque inter canales, inter flumina nota, vt ait Virgilius, federe gregesque custodiare finguntur. Hinc etiam v. 15. *otium* (*ונחָה*) quo in ter-

C

ra

*) — — Sieh Sebulon ans Ufer hingestreckt!
 Das Meer wäscht ihm den Fuß, ein Kleid von Seegeln deckt
 Den reichen Wollüstling, und gauckelt durch die Lüste.
 Auf Sidons Thälern ruht die sanft gelehnte Hüste.
 Das Haupt zur See gekehrt, mit Sorgen unbekant,
 Hält er, auf Libanon sich stützend, in der Hand,
 Sieht aus den Wolken fern von hundert Häfen her
 Die Schiffe ernst und gleich von fremden Reichthum schwer
 Zu seinen Küsten ziehn. —

ra fertili (ita vero נָעַמְתָּה, LXX. πίων cf. Ps. XVI, 6.) quam inhabita-
verunt, vtebantur, ciuibus placuisse dicitur. Deut. XXIII, 18. Quis non
deleteretur descriptione vallis Esdraelon in tribu Ifaschar, fertilitate maxime
conspicuae, quam qui suscepserunt in Palaestinam profectiones, adum-
brauerunt? Nec his quae supra dixit, repugnat, cum Ifascharum hume-
rum ad bainulum inclinare narrat. (cf. Ps. LXXXI, 7.) Nempe hoc di-
cit: quiete et amoenitate pratorum ita eius posteritas delectabitur, vt gra-
uissima onera ab aliis imposita libentius sit latura, quam aut terram re-
linquat suam, aut otium, quo tenetur, bello interrumpat. Ipsam liberta-
tem ita contemnit, vt se in seruitutem addicat, atque tributa pendat: bene
vetus Scholion ad h. l. Ebraicam ἔντονι vertit: ἀθερόπος ἐις Φέρον δουλεύων.
cf. Jos. XVI, 10. Pro לְמִסְבֵּת legisse Alexandrinus שָׁאַל videtur, atque
כָּרְבָּר, cum terram colere interdum significet, interpretatus est, ἀνὴρ
γεωργὸς, respexitque, vt arbitror, veterum mores, qui seruos bello
captos huius generis laboribus addixerunt, vt docuit SELDENVS (Jur.
natur. iuxta discipl. Ebr. p. 775. seqq.). Quod si quis, quo tempore
hoc factum sit quaerat, nihil ex historia lucis expectet, quamuis, cum
Ifascharitae nullam commendationem ad gloriam e bellicis rebus compara-
tam haberent, alias gentes, quibus id cognitum esset, repentina eos im-
peru oppressisse et tributarios fecisse arbitror.

Nunc de filiis e Bilha natis dicit inde a v. 16 - 21. Ac primo d A-
NVM populo suo imperaturum, nec in eo, quamuis ex ancilla natus sit, vlli
reliquarum tribuum esse cessurum ostendit. Hic eti facile intelligitur
דָנִי s. דָנָן esse imperium exercere (cf. Ps. LXXII, 2.) vt טֶפֶשׁ alibi, ta-
men in eo multos haesisse video, vtrumne מְנֻעָה ad omnes Israelitas, an
ad Dani posteros tantum pertineat? Prius horum si placeat, vix possis
hunc locum nisi de Simlone cogites, explicare, cuius tamen mentionem
hic alienissimam esse puto. Quidni igitur ad Danum referas? hoc sensu:
Dani posteritas imperatores non aliunde arcesset, sed suis tribulibus ipsa-
dabit, in quo reliquis tribubus numquam inferior reperiatur. Sed v. 17.
non intelligas, nisi Dani posteritate in exiguis scias copiis valuisse, vnde
numquam ausa est hostes aperta vi oppugnare, sed res suas astu et per in-
fidias gessit, quod vel expugnatio Laiae docet Judic. XVIII. Quam ob-
rem hic cum serpente prope viam, et cum cerafe comparatur. Vulga-
tus

tus primus, quod sciam, **תְּנִפְשׁוֹת** de ceraſte intellexit (at LXX. ambiguo verterunt **εὐθύνειος**.) cuius interpretationem confirmauit **BOCHARTI** diligentia (Hieroz. P. II. p. 416.). Est autem **τεράσης** e genere viperarum; in arena rotarumque orbitis latens, eiusque coloris, vt aegre possit ab arena distinguiri: tentaculis est instructus (vid. **PLINIUS** H. N. XI, 37.) quibus sentit si quid proprius accedit, venenatoque iectu pedes calcantium laedit. Ex quo postrema pars huius versus illustrari optime potest. Vbi accedente equo, tentacula ceraſtis terra aut lapidibus dispersis pulsantur, proſilit ille morsuque adhaeret pedi: equus, repentina dolore perterritus, ita calcitrat, vt eques excutiantur et vulnerari ipſe a ceraſte possit. Quis poeta vñquam in re simili meliore vſus est imagine! At tuum, clamat Jacobus v. 18., auxilium o Joua expecto! Hunc locum sunt qui de Messia, alii, qui de morte a Jacobo optata cum **SAVRINIO** aliisque interpretentur. Neutrorum plane contemnendam sententiam, sed tamen cursui orationis parum accommodatam iudico, qui sine dubio haec ad Danum nos referre iubet, q. d. Evidem fore spero, vt in grauissimis bellis auxilium sis **Danitis** praefititus, qui eo ob exiguae copias, ob hostium multitudinem, qua premuntur (Jof. XVIII, 47. Jud. I, 34. XVIII.), indigere in primis videntur. Hunc sensum, quem dudum vidit **JVNIVS**, cur tandem interpres nostri reliquerunt?

§. VIII.

Ad **GADVM** venit v. 19., cuius hostes turmatim congregari, sed tandem feliciter proſligatos cernit. Vid. Deut. XXXIII, 20. An forte **Ammonitas** et **Agarenos**, Gadiis maxime infenſos (Jud. X. XI.), significat? Alexandrinus interpres **גָּדָר** tranſluit **πειρατησιν**, quo non modo praedonum sedes, sed ipsae copiae notantur. Aquila: **εὐγάρος** bene **cinctus**, cui adſtipulatur **Vulgatus**, vnde eos a Chaldaico verbo **צַנֵּחַ** cinxit, ligavit, origenes duxisse appetet. Sic exercitus expeditus **POLYBIO** **εὐγάρος** eodem sensu dicitur. Verbum **τίμων** significat oppugnare, estque talis diſcio, qualem etiam Latini frequentant, vbi pugnam pugnare dicunt. At ille vicifim (**נִמְלָא**) eos tandem debellabit. Ante **עֲקָבָה** non est necesse, vt **לֵב** aut ſimilis particula ſuppleatur, nec de poſtremo exercitus agmine cogitari debet: sed ſatius eft, aduerbialiter (Pſ. CXVIIII, 33. 112.) per tandem explicari. Vaticinium de **ASERO** v. 20. legitur:

C 2

Ab

*Ab Asero cibi delicati, quibus ille tamquam quotidianis utitur alimenis (דְּחָמֵן) proficiuntur! שָׁמַן oleum, cum delicatos cibos, tum optimum terrae prouentuum indicare notum est: quibus rebus ita abundauit Aseritana posteritas, vt eam Moses Deut. XXXIII, 24. pedem quasi in pinguem massam tingere singat. Vid. Jos. XVIII. Illud δὲ autem ante אֶשְׁר, verbum, vel חֲבוֹא, vel יִצְאֵן (cf. Jud. XIII, 14.) omissum esse declarat, vt sensus sit, tanta erit exquisitissimarum deliciarum copia, vt ad alios etiam, ex ipsius terra deportari possint. Quid? regibus etiam cupedias suppeditabit. Etenim מְשֻׁנָּנוּת (ab שׂוֹן mollis, delicate fuit), cum quaevis oblestanta, vi Prou. XXVIII, 17. tum hoc loco cibos delicatos, vt שְׁמָנָה membro superiori, significat, vnde LXX. et Aquila τρυφαῖ: nec obscurum est, δέ hic pro לְמַלֵּךְ dici, vt reges declarent non dubitatueros instruētissimis mensis Aseritanas dapes imponere.--- Magna difficultate v. 21. laborat, quo NAPHTHALITARVM gratulatio continetur, maxime, si quis velit receptam lectionem tueri: *Naphthali est cerua emissā, nitida verba loquitur.* Quis hic ferat frigidam eorum interpretationem, qui haec ad factum Baraci Naphthalitae Judic. IIII, 10., et illa eloquia pulera, ad Deboraē carmen referunt? Haecce res satis digna erat, de qua Jacobus filii suis exponeret? an, quae de Debora dicuntur, dici de tota tribu possunt? Quid? Debora ex tribu Ephraim fuit oriunda? Ac, quid sibi vult cerua emissā? quid, translatione neglecta, eloquia pulera? Nemo hic me impediet vñquam quo minuscum BOCHARTO (Hieroz. P. I. p. 895.) pro אִילָה legam אִילָה, vel statu constr. אִילָה terebinthus, ac pro אַבְרֵי scribam ab אַבְרֵי, cacumen, ramus arboris (Jef. XVII, 6. 9.): vbi quiescens extruditur, quod saepe accidit, e. c. Gen. VI, 16. Est autem non *quercus* (אלון), vt docuit CELSIVS (Hierobot. P. I. p. 34. seqq.), sed *terebinthus*. Atque etiam versiones veterum huic lectioni fauere, idem BOCHARTVS (p. 897.) ostendit: sic LXX. σέλεχος cert. Illud שְׁלָחָה vertō per transplantatus (non surculos cum BOCHARTO) vt שְׁלָחָה habes Jer. XVII, 8. Ps. LXXX, 12. atque שְׁפֵר est pulcer, nitidus, quea est monente SCHVLTENSIO propria huius vocis notio. O praeclaram similitudinem et vere poeticam! Terebintho transplantatae (arbori per multa saecula aëris injuriaie resistenti), et nunc demum nitidos ramos proferenti, Naphthalitae similes erunt. Vid. locus similis Ps. LXXXII, 13. 14. Hanc in-*

interpretationem ceteris iure praetulit LOWTHVS de S. Poef. Ebr. p. 551.
et MICHAELIS V. Cel. Quam fertilis Naphthalitarum possessio fuerit,
vel ex descriptione Galilaei apud JOSEPHVM (B. Jud. III, 2.) diseas,
τέλος, ἐνθάδε παντοῖοι νεράριπτοι cet. Add. Deut. XXXIII, 23.

§. VIII.

Porro JOSEPHVM bonis omnibus prosequitur inde a v. 22 - 25.
Jam v. 22. plerique interpretantur hoc modo: Josephus erit filius fructum
serentis: hoc est, quasi propago arboris frugiferae, ut omissum post
פֶרַח sit עֵץ arbor, eritque filius (i. e. ramus) foecundus ad puteum (Ps. I, 3.)
filiae i. reliqui rami, murum superant. Placetne tibi haec interpretatio? Mi-
hi non ex omni parte placet, cum ob insolitam ellipsis illam, tum ob transla-
tionem h. l. oppido duram. Praetene cum ill. MICHAELIS post פֶרַח intel-
ligere בָנָה, filius matris foecundae, ellipsi visitatissima, ut in שְׁבִירָה
sterilis apud Esai. XXXXV, 1. et alibi? At dicat aliquis: Rahelem conflat
sterilem fuisse. Audio! Sed hoc ipsum respici puto. Nam Ebraei hu-
ius generis παρεγέρονται amant, et Jacobum id hoc loco innuere, illa ipsa
vocum repetitio arguit, quasi tu dices: habuit foecundam matrem Jose-
phus; hoc vobis mirabile videtur, at iterum dicere audeo, habuit fo-
ecundam matrem Josephus! Nempe largam prolem MANASSIS ET
EPHRAIMI respicit, atque hac ratione Rahel, communis eorum mater,
foecunda potest dici. Vid. Jos. XVI. XVII, 14 - 18. Reliqua verba, ath-
nach post עַזְיָן delete, ita auctore MICHAELIS, restituo, ut legam:
עֲלֵי־עַזְיָן בְּנֹת in conspectu filiarum. Est autem haec fere sententia,
omnes foeminae foecunditatem Rahelis admirabuntur. Rahelem quasi
ab inferis excitat, eamque fingit in locum illustrem prodire, in quo ab
omnibus conspicatur, suam iactet foecunditatem, omnesque Israelitae im-
mensam posterorum multitudinem admirentrur. Nam cum incedere di-
citur שׁוֹר in muro, id non debet proprie intelligi, sed, ut Ebraeis
quaes in publico sunt, fieri in testo aut muro dicuntur (Jer. XXXXVIII, 3.
Matth. X, 27.), ita hic Rahel in muro h. e. palam de sua foecunditate
gloriat. Haec facile intelligent, qui aures habent poetarum lectione ad-
fueras. LXX. vertut: οὐδὲ μὴ νεωτερος τρέχει με αὐτόν φεύγεις unde eos
GROTIUS autem legiffe בְּנֵי גָּעֵר עַל שׁוֹב בְּנֵי גָּעֵר שׁוֹב
autem legiffe: Calamitate affecerunt, tela immiserunt, oppugnarunt
cum

DISPVATATIO

22

cum sagittandi periti : quem locum non de re futura, sed tum de nefariis fratribus machinationibus, tum de calamitatibus Aegyptiacis capiendum esse arbitror. Nam in Israelitarum historia vix quidquam repertus, ex quo hic locus, si eum velis in censum vaticiniorum referre, illustretur, quamvis nec hoc facile negare quis audeat, sacrae historiae conditores magis compendium historiarum, quam plenam absolutamque rerum gestarum descriptionem exhibuisse. Sed illud et initio versus 23. rectissime *quamquam* veritas, ita quidem, ut huic v. 24. oppositum, per tamen transferatur. Nunc de singulis, sed breuiter, videbimus. Ac בָּלִי חֲזִירָה dicuntur *sagittandi periti*, vel potius *bellatores*, quibus fratres, ceterique indicantur, qui Josephum vi oppugnarunt: quae ratio dicendi visitatissima est, vt, c. XIII., 13. בְּעֵלִי בְּרִיתָה sunt ii, qui inierunt foedus, cuius modi exempla congesit GLASSIUS noster Phil. Sacr.

p. 654. Initio commatis מְרַר non est exacerbare sed calamitate excruciare coll. Exod. I., 14. : nec רְבָב est multiplicare, ut quibusdam video placuisse, sed arcum tendere, tela in aliquem emittere: cuius notiones etiam apud Aethiopes vestigium est, quibus רְבָב tendere, adstringere significat. Qui vero שְׁטָש simpliciter de odio accipiunt, quo eum persecuti sint aduersarii, parum assequuntur vim huius vocis, si quidem e Ps. LV, 4. sexcentisque aliis locis constat, שְׁטָש de hostili oppugnatione adhiberi, quod etiam hic adiuncta verba satis declarant. Jam v. 24. clausula sequitur. Quamquam eum hostes persecuti sunt, tamen hic, intentis ad omnia oculis, eorum impetus fortiter propulsavit: quod translati verbis exprimitur, sic, ut Josephi arcus dicatur *intentus permanisse* (בְּרִישׁ vid. GLASSIUS p. 1831.). Origines vocis אִירְחָן apud Arabes in firmum esse, reperiri opportune monuit Ven. BOYSENIVS in notis criticis ad h. l. Arcui autem nonne *firma* tum tribuitur, cum intentus, vicissim *debilitas*, cum remissus est neruus? Sed qui neruum intendere, quique imposita tela sic, ut non aberrent a scopo emittere volunt, ii agilitate digitorum valeant necesse est. Id igitur hic וְפָרָשָׁה declarat, quo non robur, ut praecclare docuit SCHVLTENSIVS, sed agilitas levitasque indicatur, vnde etiam de saltando dici nouimus (2 Sam. VI, 16.). Sunt ergo *agilia brachia manuum eius*: quod, quale sit, me non satis assequi fateor. Quid enim quaeso brachia digitorum sibi volunt? Si conjecturae locus est, vel statum constr. וְשָׁעָה pro absoluto positum esse arbitri-

bitror, vt ante יְהֹוָה suppleri 1 debeat, brachia et manus eius, quod tamen durum esse, quis non videt? vel tota ἔνση seroë jadav est pro brachia eius, vt יְהֹוָה plane redunder, quem ad modum in מִדֵּי, quod statim sequitur. Tum ratio illustrari ex Ebraismo potest, cum pars corporis, pro toto corpore commemoratur, qualis est, cum quis fecisse aliquid per alicius manum (בַּיֶּד) h. e. per eum dicitur: de qua coniectura alii me acutiores viderint. Pergamus ad reliqua. Inde, ait, a deo potente Jacobi, inde, inquam, is qui tuetur Israelitas perfectus est. Nempe illud מִדֵּי explicatur in his, quae sequuntur, per קְשֻׁתָּה quod inde sive ab eo (i. potente Jacobi) vertimus, et interposito inquam declarare studuimus. Deus autem potens Jacobi, est is, qui se in Jacobo et Jacobitis potentem praestitit eo, quod illos e multis eripuit periculis beneficisque largiter cumulauit. Nec alienum est quod Ven. TELLERVS monuit, Jacobum hic de iis cogitasse, quae c. XXXII, 24-31. narrantur. Quare ab hoc deo forti datus est pastor et lapis Israel. Vau hic ante אֱבֹן deesse quis in carmine miretur, in ea maxime oratione, quae, quia a morente est habita, hiatibus non modo verborum, sed etiam sententiarum abundat. Vid. GLASSIUS Phil. S. p. 1195. Pastor Israelis vel rectius Israelitarum est Josephus, vt opinor (neque enim, quem præter hunc intelligam habeo), qui Israelitas in summa annonae caritate in Aegyptum vocauit, omniumque rerum affluentia pauit. Nam qui beneficia in aliquem confert, is eum apud Ebraeos, qui pascuis in primis delestantur, pascere dicitur. cf. Ps. XXIII, 1. cet. Quid denique prohibet, quo minus אֱבֹן lapis h. l. de eo, qui aliquem tuetur, atque defendit, intelligatur, plane vt צָה in hymnis Davidicis? Haud scio, an omnino noua sit Ven. TELLERI sententia, qui historiam, quae Jacobum lapide usum esse in itinere pro ceruicali tradit (c. XXVIII.), respici existimat, quam sententiam lubenti animo probarem, nisi duriuscula videretur dicendi ratio, deus pastor & defensor lapidis est. Quis translationem, quae est in voc. רְעוֹת cum אֱבֹן facile conciliet? Ac si id dicere voluisse, dixisset credo: רְעוֹת יִשְׂרָאֵל בְּאֱבֹן defensor Jacobi, cum is cubaret in lapide.

§. X.

Haec beneficia, de quibus dixerat, a deo (מַלְאַקְתָּה) proficii ostendit

dit v. 25., ab illo deo , qui etiam Josepho sit optulaturus. Nam וְיִשְׁרָךְ hie pro "אֲשֶׁר יְשַׁעַתְּךָ qui tibi auxilio erit , itemque מְאֹתָה pro מְאֹתָה & v. ponni , ex vniuersae orationis serie manifestum est (sic supra מְאֹתָה & v. 24. טִירֵי): vt vana appareat operosa G. L. OEDERI disputatio (Coniectur. de locis difficultoribus S. S. p. 287.), in qua מְאֹתָה pro מְאֹתָה adhiberi posse negauit. Deus autem שָׁמָךְ vocatur h. e. *fortis* , *potens* , plane vt v. 24. , quae significatio plerumque ducitur ab Arabicō שָׁמָךְ *eminere* , *robore* , *potentia praestare* illustraque forma ex אֲדֹנָיו שָׁרֵךְ , similibus que potest. Alexandrini quidem vertere per θεούς solent , addito vel επὶ σεῖο , vel σεῖο , prout id fert cursus orationis in singulis locis e. c. XVII. I. seqq. At יְבָרֹךְ hic iterum est pro "אֲשֶׁר יְבָרֹךְ qui in te confort beneficia. Etenim בָּרְכָה in vitroque membro est beneficium , vel abundantia , ita quidem , vt *beneficia caeli* , si Mosem audias interpretem Deut. XXXIII. 13. 14. , sint beneficia a caelo vel ex aere missa , qualia sunt ros et pluvia. Illud *desipere* , *caelitus* , posset saluo sensu abesse , sed antiquissimae simplicitatis est , talia pleonastice adiungere : quamquam visitatus Ebraismus est , vt , quae mittuntur a deo , dicantur venire ἀναθετε , vt Jo. III. 31. Jacob. I. 17. atque alibi. His beneficia opponuntur , quae mari sue aquis debentur. Nam מְחֹדֶה quodcumque stagnum , quaevis aqua paullo profundior appellatur , a simili apud Arabes radice , quae fluere significat , nec semper illa infinitae profunditatis vorago intelligitur , quam nos , cum abyssum legimus , cogitare solemus. Obscurumne est lacum Gensareth , aquas Megiddo multosque rivos , quibus Josephi possessio irrigabatur , respici ? Sed מְעָלָה , de quo ad membrum primum diximus , hic quodam modo opponitur רְכַזְתָּה mare infra iacens : in quibus verbis nulla latet emphasis , sed Homericis epithetis , ornandi causa adiunctis , similia sunt censenda. Atque hoc genus dicendi vel omnino ignoratum , vel non diligenter in singulis locis obseruatum , vanas interpretationes peperit. Estne satius ex hoc atque huic similibus locis illustrari locum Paullinum Eph. III. 9. ? vbi κατέρρεε μέγεν τὸν γῆν (הַחֲרוֹת הָאָרֶץ) terra vocatur , quod quasi depressa est , ac , si cum caeli altitudine comparatur , infra iacet. Extrema huius commatis parte ingentem posterorum prouentum , abundantiam veteri appellat. Etenim vt בָּרְכָה (εὐλογία) quodus abundantiæ genus

nus notat, ita illis locis maxime inseruit, vbi larga proles promittitur, quod vel ex Abrahami historia constat. Nunc v. 26., quae fausta et felicia Josepho precaturus erat, paucis verbis complectitur. Ac prima pars orationis: *pia vota patris tui superant vota parentum meorum*, explicari potest dupliciter, vel sic, ut beneficiorum, quae apprēcatur, magnitudo declaretur, quasi dicat: *etsi parentes mei, bonis me sunt omnibus prosecuti, tamen multo sunt maiora, quae tibi, mi fili! euenientura praedico*; vel de confirmatione votorum, quae maiores Jacobi pro posteris suis suscepserant, certe גָּבָר apud Arabes est *consolidare, confirmare*. Sed tamen illa superior interpretatio magis placet, vel propter ea, quod, si haec altera probetur, non intelligi potest, cur talia ad Josephum dixerit in primis (cui tamen prae reliquis, si a Juda discessero, principatum tribuit), quae dici etiam reliquis filiis eodem iure poterant. Varias de sequenti oratione sententias non moror, sed eam vnicē probō, quam Ill. MICHAELIS ad hunc locum *ex parte* praeiuit. Primum יְהֹוָה hic per usque dum s. donec vertendum atque vel בַּאֲקָד aut simile quid supplendum esse arbitror, ut sensus sit, *dónce veneris* ēst. h. e. tum in primis, cum peruenit est ad *delectationem* collium temporis pristini. (Vid. quae de יְהֹוָה similibusque partic. monuit GLASSIUS Phil. S. p. 960. seqq.). *Delectatio* (תְּהִוָּה) clinorum, quid aliud est, quam cīuii, quibus aliquis delectatur, regiones, quas inhabitare cupit? Nec בְּשֻׁרְעָה עַזְלֵךְ sunt colles aeterni, sed *veteres*, siue regio inde ab antiquissimis temporibus clarissima, vnde Moses Deut. XXXIII, 15., vbi hunc locum ante oculos habuit, חֶרְרוּ קְרֹבָה interpretatur. coll. Ps. LXVIII. 34. Atque hac terra, quae antiquitatē in deliciis fuerit, Cananaeām intelligi puto. Tunc demum, ait Jacobus, quae tibi fausta ominatus sum euenient, cum posteri tui ad illam terram diu desideratam, atque inde ab aetate maiorum nostrorum clarissimam accesserunt. Ceterum Alex. interpretēt pro דָּבָר patres, maiores mei, montes legiſe animaduerto, quam vocem cum שׁ coniungit, veritique: ὑπὲ εὐλογίας ὀρέων μονίων, vnde eum שׁ pro substantivo, quod notaret *stabilitatem* (ut alibi interdum), accepisse intelligitur. Sic apud Habacucum habes יְהֹוָה cap. III, 6. Hanc lectionem etsi non audeo recipere, tamen haud scio an praefidūm ē loco simili habeat, qui est Deut. XXXIII, 15., vbi fere eadem verba reperias, nisi

D

quod



quod pro **הַרְרוֹי** est, idque ibidem cum **כָּרְבָּהָר** coniungitur. At qui **נִזְרָעֵן** et **נִזְרָעָן**, quam facile permutari propter exiguum dissimilitudinem potuerunt, omnes intelligunt. *Haec beneficia*, pergit Jacobus, de quibus dixi, *Zosimus excellentissimus fratribus suorum obtinebit.* Nam post **בְּרַחֲיוֹן** e superioribus nomen suppleatur, necesse est; et cum Josephus vocatur **בָּנָוֶר** non est de Nasraeis cogitandum, sed *nasir* hic est is, qui prae reliquis excellit, qui principatum tenet, plane ut in illo loco Deut. XXXIII, 16., vbi Alex. eleganter (ut solet is, qui Pentateuchum interpretatus est) verit **δοξαθήσεται απόλαφοις**: sic **מְנוּרָה** sunt optimates ac principes apud Nahumum III, 17. Porro, cum **בָּנָוֶר** sit corona posset is etiam qui coronam gestet, regiamque habeat dignitatem, **בָּנָוֶר** appellari, maxime cum constet, reges decem tribum ex Josephi prosapia Ephraimitarumque tribu oriundos fuisse.

§. XI.

Extremum locum BENIAMINITAE occupant v. 27. BENAMIN, inquit, est lupo rapaci similis: quam imaginem non arbitror in partem deterioriem accipendi esse, sed rerum bellicarum studia quibus detitos fuisse Beniaminitas nouimus (Judic. XVIII. seqq.), hoc loco significari existimo. Hinc Latinis eriam Graecisque *lupus* esse in tutela Martis fingitur, atque HORATIVS eum *Martalem* appellauit (Od. I, 17. v. 9.). Quae vero haec excipiunt verba, male, si quid video, transferuntur in hunc modum: *mane deuorat praedam, ac vesperi spolia diuidit*, cum verti elegantius debeant, praedam habet usque ad matutinum tempus comedendam, *postquam vesperi eam diuisit*. Nempe **נִזְרָעֵן** in **לְשָׁבָב** *postquam* notare dudum vidit BOCHARTI acumen (Hieroz. P. I. p. 828.); nec ea insitata est huius particulae significatio, cum vel apud historiarum scriptores obvia sit, ut apud Jo-suam VII, 25. *combuserunt eos igne ET* (h. e. *postquam*) *eos lapidibus obruerunt.* Sed haec omnia ad exornandam imaginem, qua *vsus* erat, adiungit, ut in *vespertino* et *matutino* tempore nulla sit Emphasis quaerenda, nisi haec, quod eo perpetuum rapiendi bellandi studio describatur. Jam etsi paulo rarior sit notio vocis **עַד**, ut praedam significet, tamen cum ex ipsa serie orationis, tum ex Arabum *vsu*, qui-

AD VATICINIVM JACOBI GENES. XXXXVIII, I — 27. 27

quibus נָרַע est furari , rapere , confirmatur. Sed cum praedam dividere (פְּלִין) dicitur, possis id vel discerpere interpretari, vel, quod magis placet, ad morem luporum referre, qui ut veteres docuerunt gregatum , quamvis non semper, praedatum eunt, et vero etiam cum reliquis praedam communicant, atque inter se quasi disper-tiunt. Solent autem praedae sub vesperam in primis inhiare, unde Jeremiae lupi vespertini commemorantur c. V, 6. Hinc illud VIRGILII (Georg. III, 434.):

*Vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit
Auditisque lupos acciunt balatibus agni. etc.*





DOCTISSIMO DISPV TATIONIS
AVCTORI

S. D.

P R A E S E S.



Cum haud ita pridem, *Dilectissime KNAPPI*, animo agitatum mihi
aperires consilium, de suscipiendo ad Gottingenses Musas itinere,
edendoque antea publico eoque Academico specimine; vtrumque hoc tale
mihi videbatur in quo non esset, quod ab **TVO TVORVMQVE** iudicio
meam sciungerem sententiam. Namque ut facile occurrunt cuilibet, quae
doceant talis prosector et ad aliud sapientiae domicilium commigratio,
quam multas ad res apprime utilis esse possit: ita ad communia illa
et satis prouocata accedere intelligebam quod ad **TE** proprie specta-
ret hoc, quod **B. PARENTI** prudentissimo Viro **TVI QVE**, quem
unicum haberet filium, amantissimo, id iam sedisset animo consilii,
ut exactis in patria Academia annis aliquot, alibi quoque quae
ad **TE** vel doctrina augendum ficerent vel exemplis vitaeque
vsi, colligeres. Itaque laudandus omnino confirmandusque in eo vi-
debare, quod paternam a **TE** sancte religioseque coli auctoritatem,
TIBI QVE eam vivere ostenderes, postquam ipse inter nos summus Vir
et vere venerabilis vivere desisset, citius ille quidem quam vel **TV A** vel
publicae rei causa optabile videri poterat mortalium rebus exemptus. Ne-
que porro Idem si mortalis esse nondum hoc ipso tempore desisset, impro-
baturus, ut mihi persuadeo, erat illud de disputatione publica consilium,
quod

quod et alii quibuscum viuimus facile opinor te esse approbaturum.
 Ego vero rogatus abs te humanissime, ut solennitatis illius pars esset mo-
 deratorisque prouinciam susciperem, nec debui hoc quidquid est officii defu-
 gere et eo minus volui, quod statim cum dicto subiret animum iucunda
 superioris temporis memoria, quo esset in eandem deductus cathedram ab
 optimo Parente tuo, hoc est eo Viro, qui multis de me nominibus inde
 a schola stico tirocinio bene longum per temporis spatium ita est meritus,
 nulla ut umquam obliuio gratam Iphius piamque memoriam apud me de-
 letura sit. Nam quod ad ipsam disputationem tua attinet, eo illa cer-
 tius esse poterit ingenii tui diligentiaeque, et profectuum documentum,
 quod tibi debetur in solidum, nec tua esse vel ex parte desit, postea-
 quam a me tibi redditum est. Namque ut delectum ipsius argumenti optio-
 nemque tibi permisera, nec ordinem tractandi et velut iter designa-
 ram: sic prodit eadem nullis meis accessionebus adaueta, neque a me
 scubi paullo aliter videbar rationes subducturus fuisse immutata. In qua
 defendenda pari te non dubito usurum dexteritate, quod ita fore et
 lectors libelli tui facile iudicabunt, et ego non temere praesumo priuatis
 huiusc generis exercitationibus pridem edocitus. Quod reliquum est,
 carissime KNAPPI felicem, quo adhuc usus es in litterarum praeser-
 tim sacrarum studiis successum ex animo tibi gratulor, Deumque O. M.
 supplex veneror, ut collatis in te affatim donis muneribusque suis por-
 ro faveat, coepitis adspiret eaque ad suam gloriam, utilitatesque olim
 concedere iubeat quamplurimorum! Cacterum pro ea quae mihi tecum
 intercedit necessitudine obsecro te hortorque etiam atque etiam, ut ipse
 nulla umquam in parte tibi deesse aut defuisse videare, in omnemque
 laudem, qua veri nominis Theologi censentur ita incumbas, ut appareat
 vestigia a Parente tuo manuq[ue] impressa, fideliter alacriterque a te
 premi, quem institutis Ille suis praecepsisque saluberrimis imbuuerat. Haec,
 haec, una cum ipso, quo praeluxit, exemplo sanctissimo, imis maneant



medullis infixa , stimulosque subinde nouos addant vel strenue currenti.
Vale , Deoque , cuius auxilium ubique est ipsum diligentibus praesentissimum , commendatus , peregre etiam age feliciter , donec saluus sospesque suo tempore omnique doctrinae , sapientiae virtutisque laude cumulatus ad nos redeas . Iterum vale ! Dabam ex Mus. prid. Cal. April. MDCCCLXXIV.




K N A P P I O

VIRO PRAENOBILISSIMO , AMICO SVAVISSIMO

S. D.

JOANNES TRAVGOTT FISCHER

SAALFELDA - THVRINGVS.



Jamdudum votis hoc expetieram ut aliquando mihi facultas daretur mei in te amoris declarandi edendique monumenti quo amicitiae nostrae memoria confirmaretur . Cuius rei perficiendae et si nunc opportunitatem naefus sum , vel spe et exspectatione mea maiorem atque ampliorem , tamen in hac ipsa tam angustum spatium orationi meae constitutum video , ut neque de TVIS virtutibus , satis grauiter , pro summa mea earum admiratione dicere , neque pro TVORVM in me officiorum et necessitudinis , quae mihi tecum adhuc intercessit , ratione , satis officiose TIBI gratias agere neque animi mei sensus pro summa mea in te benevolentia et amore satis libere declarare possim . Nam ingenii TVI felicissimum flumen et beatissimam ubertatem , simulac eius cognoscendi aliqua facultas data fuit , ita admirari et amare coepi , ut summa quaenam a te exspectarem et amicitia , cuius spes fructus uberrimos ostendebat , tecum vehementer cuperem coniungi . Neque vero ego tantum propter consuetudinis et amicitiae fructum , TVVM

inge-

genium admiror et amo sed omnes qui aliquid de ingenii iudicare possunt,
 illud cum admiratione intuentes, plane iam prospiciunt, qualis **TVA** vir-
 tus et eruditio olim futura sit. Humanitate vero **TVA** ceterisque animi vir-
 turibus ita me cepisti, praesertim cum magna etiam officia in me **TVA**
 accederent, ut nullius umquam ex consuetudine maiorem iucunditatem
 percepisse videar et discessus a nobis **TVVS** mihi valde acerbis accidat.
 Atque illarum virtutum vi et praestantia quadam plane singulari, id con-
 sequens es, quod tam paucis contigit, ut, cum summus in **TE** sit ingenii
 splendor et doctrina, varietate, elegantia, magnitudine, praestantia mul-
 tum aetatem **TVAM** superans, quam intuentes etiam in quibus bene de fu-
 turo tempore sperare licet, intelligunt; **TVVM** nomen quantum ipsos sit ob-
 scuraturum, tamen nemo **TVAE** laudi et virtuti inuidere audeat, omnes-
 que habeas **TIBI** deditissimos summoque studio **TVO** honori et dignitati fauen-
 tes. Non vereor, ne quis ex his, quae dixi, assentandi studium suspicetur,
TIBI vero, si quid liberius dixisse videbor, quam per **TVAM** modestiam et
 pudorem, qua virtute non minus quam reliquis excellitis, licuisse existimes,
 rogo ut ignoscas hominis amicissimi et **TIBI** deditissimi amori. Et quia mihi
 plura scribere, quamquam ardet animus, non licet, ita de me existimes ro-
 go, neminem, maiorem esse vel virtutum **TVARVM** admiratorem vel di-
 gnitati laudique magis amicum, omniaque quae possunt ab amicissimo ex-
 spectari, a me officia ac studia exspectes. Faxit Deus ut aliquando ea prae-
 mia et ornamenta feras quae et meis et omnium votis **TVAB** virtuti desi-
 nantur et ut ex eadem in patriam et in domum **TVAM** clarissimam tantum
 olim utilitatis felicitatisque perueniat quantum de **TE** spei iamdudum con-
 cipere debuerunt. Ita vale. Dabam in Fridericiana d. XXXI. Mart.
 MDCCCLXXIV.

PRAE-



PRAESTANTISSIMO
HVIVS DISPV TATIONIS AVCTORI
S. D. P.

JOANNES CAROLVS GERMAR.

Si eam, quam iam naclus sum occasionem, animi mei benevolentiam erga te publice declarandi, dimitterem; interque istas laudes, quae tibi iam, cum a praeceptoribus tvis venerandis, viris amplissimis atque doctissimis tum ab amicis merito attribuuntur, tacrem: nescio, an hominis ingratia parunque amici sim cuitaturus suspiciorum. Tantum autem abest, Amice dulcissime, vt hoc, quod tibi debo, officium intermittam, vt potius consilio tuo, quo me ad publicas controuerfias tecum instituendas inuiditas, laeto adnuam animo; quod hoc modo summam mihi video esse opportunitatem, tibi pro ea, qua per aliquod temporis spatum me dignum habuisti amicitia, gratias easdemque maximas publice agendi. Cum autem dies ille infest tristissimus, quo hancce Musarum sedem relinquere Gottingamque doctrinae tvae, quae iam tanta est, quanta est maxima, magis magisque augendae causa petere paras; cumque tva familiaritate, praesenti diutius frui non licet: summis te oro precibus obsecroque, mihi ut eam, qua me praesentem per annum et quod excurrit, dignatus es, benevolentiam absens etiam conseruare velis. Ceterum Deus ter optimus Maximus faciat, vt non illud solum, de quo parando iam cogitas, feliciter conficias iter; sed ut etiam isto temporis intervallo transacto, quo extra patrios fines litteris operam daturus es, saluus incolunisque ad patrios lares redeas, inque reipublicae salutem gentisque tvae celeberrimae gaudium gloriamque ad extremam senectutem peruenias. Vale, resque tvas age feliciter! Dab. d. 2. April.


1774



3d 1299



SB



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



DISPUTATIO

AD

VATICINIVM JACOBI
GENES. XXXXVIII, 1-27.

QVAM

PRAE SIDE

VIRO SVMME VENERANDO EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO

GOTTLIEB ANASTASIO
FREYLINGHAVSEN

THEOLOGIAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
PAEDAGOGII REGII ET ORPHANOTROPHEI
DIRECTORE

PRAECEPTORE ET FAVTORE

MAXIME COLENDO

AD DIEM 3TM APRILIS MDCCCLXXIII

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

GEORGIVS CHRISTIANVS KNAPP

HALENSIS.

HALAE

FORMIS IOANNIS HENRICI HESSII.

